34

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
BERNHARDUS BARNSTORFFIUS,
Med. D. P. P. & Poliater,

JESUM IN FASCIIS

piâ meditatione recolendum
proponit,
Civesqve Academicos omnes & ſingulos,
ut hoc, lætiſſimis hiſce diebus, Nativitati Servatoris
ampliſſimè meriti ſacris, agant,
ſerio ſolemniterqve commonet.



Roſtochl, Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.
ANNO M DC LXXXVI.



Nterpellat meritò pietatem Christianam temporis hujus festivitas, jure suo exigens, ut procul habitis, mundi carnisq; dolosis illecebris, animæ unius sectemur delicias. Hæc sane dies est, qvâ conspicienda salutis nostræ lætissima primordia in Servatore recens nato dedit Ille, penes qvẽ afflictissimarũ generis humani rerum erant arbitria. Hâc luce contiguum terræ cœlum factum, scalâ illâ Divo Patriarchæ visâ extremitatibus suis utrumq; in summo pariter ac imo positum attingente terminum; euntesq; ac redeuntes cœlestis aulæ nuncios, militiæ legionarios sustinente: verbo, DEUS homo factus est. Exhibuit misericors ê cœlis Pater, in præsentissimum humanæ gentis excidium ante iratus, pactæ jam inde â mundi exordio paci consummandæ, obsidem, arbitrumq; Filium. Id temporis tenacissimis olim flagitabant precibus, anxiis anhelabant suspiriis Patres, spe solâ, procul qvidem voto, attamen salvificâ, stationem vitæ hujus migrantes. Qvod si illis in eo, qvo nobis, felicitatis apice collocari contigisset: gaudii vehementiâ, mortẽ si non anticipaturos; at certè in amplexûs ejusdem molliores, more Simeonis viso Salvatore in mortem omni nisu præcipitis, ruituros fuisse crediderim. Lætantur hodie, qvorum utpote sine labe stantium salute non intererat, nasci mortalibus Sospitatorem perduellibus, Angeli. Congaudet terræ cœlum, ex prævaricatione indignum possessione sui & usu indigenam hominem, DEI supremi Domini vasallum, justæ denuo possessioni restitui. Ceciderat in commissum qvasi (*loqvor ita cum Gramondo Hist. Gal. p. 138.*) possessio, qvod solet in feudo (ut vocant) ligio, ubi habiturum se amicos & inimicos pro delectu Domini, nec passurum injuriâ eundem affici qvocunq; casu, Vasallus promittit: homo enim (liceat hâc nunc comparatione uti) non aliunde saltim, â Sathanâ scilicet, odio Dei, se opus Ejusdem nobilissimum deformante, injuriam fieri

Do-



Domino suo permittens; sed & ipse adjectâ per Imperii & Majestatis æmulationem atrocissimâ labe, legem feudi, deterrimâ qvasi feloniâ violaverat. Exinde ad primævam feudum redierat naturam, exutusq; dominii justitiâ malè fidus possessor, æternùm gratiâ Domini superioris prohibendus; nisi commiseratio intercessisset justitiæ decreto, gratiâ diluendo crimen. Debetur misericordiæ hujus in Consilio S.S. Trinitatis arctiori procuratio, societate carnis nostræ communicanti hodie in lucem dato, Infanti DEO-Homini: adsurgere Ejus, indemnitati nostræ prospicientis, beneficio, in spem qvietæ imposterũ possessionis, & amplissimæ in cœlo sortis nobis licet; non ante lætior alter illuxit mundo dies: effundatur ergo in gaudia, non indolens ultra tristi mortalium fortunæ animus, fremente licet secretâ indignatione Sathanâ. Solet Principum virorum qvibus debetur causa libertatis salutisq;, præsentia, usurpata oculis, in immensum augere populi lætitiã, provocatis votis, gratulationibus, plausibusq; lætabundis. Accedite ergo Cives ad præsentẽ salutis vestræ Principem, recens natum, cœli terræq; Monarcham; intendite mentis in eum oculos, palpate, capessite Illum affectûs tenerrimi tenacissimiq; exporrectis qvasi manibus, figite infanti blandissimo oscula, amoris jacula. Id verò ante omnia monendi estis, ne fastũ, ne pompam ad luxũ compositam, qvalis Principum terrenorum in conspectum populi se ingerentium, qvæsito undiq; majestati, externo colore ac splendore esse solet. Apage mundi leves curas! non hic apparatui magnifico locus est. Non lectissima ministrorum ad diversa officia magno numero conductitiorũ corona; nõ circum fusæ cohortes; non jumenta â summo in vestigium stragulata, distinctave auro mixtim & sericò peristromata, gentilitiũ stemma præferentia; non bysso & purpurâ stratæ sedes; non imminens Regio capiti corona, lapillis pretiosis vel unionibus distincta; non serico filis argenteis intertexto pretiosæ fasciæ, vel æmulans Regiorum stupendæ structuræ palatiorum domus; non sparsa in populum missilia, & qvæ alia Regalis pompæ

instrumenta esse solent. Nec enim gaudet humanum in modum, extrinsecus coruscante Majestatis documento, Principumq; sic terrigenarum qvà pompam consortio, Is, â qvo Regum Principumq; qvalis qvalis delegata Majestas est. Obscurum & ab omni cultu abhorrens stabulum, durum præsepe cunas tumultuarias, jumentorum vile contubernium, fascias cernitis, ex linteo vel panno pro re natâ parabili minimè splendidas, Infanti, cui continendo mundi capacitas non est, aptatas; præcipuum hâc vice gaudii nostri natalitii argumentum. Sanè, non immerito in admirationis societatem religiosa nos rapit Antiqvitas, qvæ augmento pietatis posterorum, hic ut ubiq; sedulo operata, primo rei intuitu stupore qvasi suspensa hæret, in hâc imâ submissione summum venerata mysterium. *O Domine Dominantium*, inqvit Bernhardus, *& Rex Regum, qvid Tibi & fasciis* (vinculis) *cur ligaris?* Cui accedit hisce Ambrosius in Luc. c. 2. *Qvi mundum vario vestit ornatu, pannis vilibus involvitur!* Qvod eleganter numeris inclusum â Sedulio, sic habet:

Omnia qvi proprijs vestit nascentia donis,
Obsitus exiguis habuit velamina pannis.

Mira omnino res! Ille, qvi omnium animantium generi providentissimè sua cuiq; distribuit vestimenta; neq; animantes tantum, sed prata, sed hortos etiam, omnemq; florum familiã tam eleganter vestit, ut omnes Regum purpuras, ipso Salvatore teste, Matth. 6. Imperatorum paluda menta & chlamydes ornatu atq; artificio longe superent; Ille pene nudus vix linteolis in præsepi tegitur. *Non parũ habet admirationis mercator* (qvæ Drexelii similitudo est) *cujus officina, veste sericâ & holoserica plena est, si ipse rudi panno aut viliori vestiatur corio. Deus totum orbem, homines & animantes vestit omnes: inspice vel solas aviculas, qvam de pellibus & rhenonibus bene sit prospectum; & tamen hic ipse Deus hominem indutus, nullius pretij panniculis involvitur.* Rem stupore plane dignam! Qvod si qvis cœlorum ultimos orbes abs Creatore in summo positos, relicto naturali situ depressos narraret, attoniti indubie audiremus rei miraculum. Longè

hic

majus est. Namq; summus Universi Architectus, qvem amplissi-
m illud cœli non capit palatiũ, Ille angusto tuguriolo contentus,
cida premens stramina, semesumq; jumentis fœnum, paucis am-
ir linteolis! Sic, admirando, functa pietas officio suo qvadantenus
Sacro tum demum silentio adoratura mysterium, ubi pro ratio-
nodulo, Scripturâ facem prælucente, explicatum plenius fuerit.
iles qvidem fuisse fasciolas dubitare nos non sinit, angusta Augu-
imæ Matris suppellex, arctæq; domi res. A Regibus qvidem ge-
ducebat suum, ad Davidem Prophetam simulq; Regem sanctissi-
n, natales referens: at enim iverat in obscurum splendor, omnesq;
jorum facultates excluserat longissimum temporis intervallum,
aq; Davidicæ posteritatis fortuna. Idcirco nuptiali fœdere jun-
erat tenuioris conditionis viro, Josepho, fabrili arte victum qvæ-
i. Hinc tenuis minimeq; speciosus pro vitæ conditione & hâc
lem occasione apparatus, hinc viles fasciæ. Mundæ tamen, licet
aboratæ; honestæ, utut tumultuariæ; omniq; bysso, purpurâ, car-
o, bombycinoq; panno, linteo etiam vivo & inter flammas invi-
pretiosiores. Præviâ Matris curâ, datâq; operâ præparatas, do-
q; Bethlehemum adductas esse, comuniter tenent Pontificii. At-
en, parum hæc indagasse refert, & vix ac ne vix qvidem, veritatis
catæ qvidpiam, ex traditionum, maxime vero revelationum su-
tis plane monimentis erui posse credimus. Nituntur illi commu-
r multum deprædicatis Sanctæ sibi Brigittæ visionibus, qvæ ex-
s â nato Christo supra millenarium, aliqvot seculis, revelationes
i para sibi factas varias, & has inter, ipsâ nativitati Salvatoris sa-
octe, ex ore Sanctissimæ matris accepta jactat seqventia (Reve-
c.21. recensente Cornelio â Lap. in Luc. c. 2.): *Peperi, sicut nunc vidisti,*
s genibus, orando, sola in stabulo. Peperi cum tanta exultatione & læti-
nimæ, qvod non sensi aliqvod gravamen nec dolorem --- & statim in-
i eum cum panniculis mundis, qvos diu ante præparaveram. Gemina
e ex eodem Revelationũ libro c. 21. B. Strauchius (in explic. ejusd.
ng. in Festo Natalit.) suppeditat, ubi, *duos panniculos lineos & duos*
os mundissimos & subtiles, secum portasse Mariam ad nasciturum infan-
duosq; alios parvulos lineos, ad cooperiendum & ligandum caput illius,

 S. Bri-

S. Brigida docet. Triste sane ex hujus generis documentis su-
dium est. Facessat curiosa superstitio! Nec enim ficta incertis au-
ritatem dare, nec obscuritati tenebræ fœnerare lucem valent. E
dem meretur fidem, qvod præsenti audaciâ ex traditionum font
mnes adferunt: donasse sc. fascias has Eudoxiæ Imperatrici, Hi
solymorum Episcopum Juvenalem. Id qvidem extra dubium
in honorem earum erectam esse basilicam, festamq; diem annive
riam indictam. (vid. iterum Corn. â L. c. l, Drexel. T. Opp. II p. 40
Nos verò missis talibus, svaviora, magisq; proficua sectabimu
imprimis, sanctioribus curis, causas ad hæc submissionis ima Do
num adducentes exqviremus. Potuisset utiq; facillimo negotio c
nus infans, in splendidissimo totius orbis nasci palatio, circumson
tibus populi faustis applausibus. Qvam facilè, ejus, cujus eran
mnia usibus, Regium qvoddam conclave inserviisset, pretiosis fi
morum virorū vultibus refulgens & aureâ suppellectile circum c
coruscans? Neq; turgentes anserinâ lanâ, aliâve pretiosâ plumâ
fuissent lectuli, gemmisq; distinctæ holosericæ fasciæ, si placui
At enim altiora demissioni subsunt humillimæ. *Non sine certâ my*
ratione parvus Salvator obvolvitur, ceu loqvitur Bernh. Serm. 4 in
tal. Nimirum, prout humana sapientia res suas etiam vilissi
qvæsito ementitoq; sæpius splendore illustrat: ita divina, sua, re
maxima, sine ullo fuco, sub humiliore scenâ exhibet. Et qvidem q
primo loco ponendum, de veritate humanæ naturæ suæ, imbecil
tibus, primam tenerrimamq; recens natorum ætatem affligenti
obnoxiâ, testari voluit hoc ipso Salvator. Distorqventur facilè n
dum benè compacta, ossibusq; mollioribus constructa membra
fasciarum necessitatem peperit. Unde non nisi se spectante fasc
liberos permisit Cato. (Plutarch. in Cat.) Et eleganter rem pro m
explicat Seneca (de Benef. L. 6. c. 24.): *teneram*, inqvit, *liberorum in*
tiam parentes ad salubrium rerum patientiam cogunt. Flentium corpor
repugnantium, diligenti curâ fovent, &, ne membra libertas immatura de
qveat, in rectum exitura, constringunt. Ita ille de infantibus mere ho
nibus. Qvæ & hic locum habent, exceptâ tamen impatientiâ ac re
gnantiâ, utpote qvorum in primæ etiam ætatis pusionibus causa

ti

ė hærens ſemperq; operoſum peccatū eſt. Solet aliàs certam cor-
s partem cingens faſcia, Orientis præcipuè populis eſſe pro inſi-
Regio. Sic apud Perſas fronti applicata, ex cœruleo & albo in-
inctis conſtans, ſupremi in humanis rebus faſtigii teſtis erat (Xe-
h. Lib. 8. Cyripæd. Curt. l. 8.). Hic diverſa plane ratio eſt. Ut ut
ı vilitas hæc pretioſiſſimum omnino depoſitum; humilitas in-
parabilem plane ſublimitatem; obſcuritas ſplendorem, omnem
di umbram infinitis modis excedentem contineat; ut ut in fa-
adoremus faſces, i. e. majeſtatem rerum univerſitati imperan-
nihilominus tamen toti corpori tenellulo circum actæ, imbecil-
s & fragilitatis, noſtri gratiâ liberrimè receptæ, adeoq; naturæ
ſimè humanæ teſtes manent. Lætare mecum qvicunq; divi-
igne incaleſcis homo, de tanto imbecillitatis conſorte! Noſtræ
ciavit absq; peccato tamen, miſeriæ, ut compati poſſet; ſimili-
ut pueri (atteſtante ad Hebr. 2. diuo Apoſtolo) carnis & ſangvi-
& imbecillitatis pariter factus perticeps eſt. Repetamus pau-
tiùs noſtram mortalium infelicitatem, & qvas inter naſcimur
mitates, qvarum vel faſciæ, utpote qvæſitum illis ex parte reme-
ı, indices ſunt. Utar, nervoſiùs hiſce exprimendis, Plinii lectiſſi-
verbis qvi ita fatur alicubi (in Prooem. Lib: VII. nat. hiſt.): *Unum*
torum animantium hominem, alienis (natura) *velat opibus: cæteris va-*
gumenta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam,
es, ſqvamas, vellera. Truncos etiam arboresq; cortice, interdum ge-
, â frigoribus & calore tutata eſt. Hominem tantum nudum, & in nu-
mo, natali die abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum, nullumq; tot ani-
um aliud ad lacbrymas, & has protinus vitæ principio. Ab hoc lucis
nento, qvæ ne feras qvidem inter nos genitas, vincula excipiunt, & o-
m membrorum nexus. Itaq; infeliciter natus jacet, manibus pedi-
devinctis, flens, animal cæteris imperaturum: & â ſuppliciis vitam
catur. Heu dementiam ab iis initiis exiſtimantium ad ſuperbiam ſe
os! Hæc ille ſatis egregia. Ludicra autem ea omnia nulliusq;
leris habenda ſunt, ſi diviniorem hominis partem ſpectes
nam, iræ divinæ, inferniq; vinculis duriſſimis detentam. Hu-
ane miſeriæ interioris argumenta atq; ſignacula, exterius apta-
ta.

tata corpori ligamenta sunt. Et hic demum intimis cordis visc bus lætandi ansa datur, cum saluti nobis cessisse recens nati J nostri fascias deprehendimus. *Ille scilicet*, ut inqvit Ambrosius, in L *c.2. involutus in pannis, ut tu mortis laqveis sis absolutus. O beata in tia*, ita applaudit Augustinus, (Serm. 3. de nativit.) *per qvam nostr neris vita est reparata! O gratissimi delectabilesq; vagitus, per qvos str res dentium evasimus! O felices panni qvibus peccatorum sordes ext mus.* Eandem ob causam extremâ qvoq; paupertate se comm dant hæ fasciæ, ut Spiritualibus planè denudati donis, affluerer ejusdem generis excellentissimis divitiis. Enimvero ita nasci ex diebat durissima egestate pressis Servatorem, ut cœlestes nobis vitias daret; ita nasci, ut mundi divites Doctore sese paupertatem re addiscerent. Habetis itaq; in compendio explicatum aliqva sper fasciarum mysteriũ, beneficiorumq; nobis partorum abund tiam. Est vero etiam qvod ab involuto Infante doceamini. Et amplissimus se aperit dicendi campus. Tribus hâc vice dicam q volo verbis: paupertatis & humilitatis studium, vivum hoc exe plar vobis insinuat. Arctissima hic paupertas habitat, carissi Christo virtus. *Beati*, ipse inqvit, Matth. 5. v. 1. *pauperes spiritu, qvon ipsorum est regnum cœlorum.* Saluberrima etiam Annæi præceptio (Sen. ep. 17.) *Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi sim Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem p pertas voluntaria est. Cupiditati nihil satis est; naturæ satis etiam paru* Alterum, humilitas est. Hîc, ut pariter paucis multa comprehenda Gregorii Magni, scito verissimo utor: *Perit*, inqvit ille (Lib. 23. Mo c.7.) *omne qvod agitur, si non humilitate custoditur.* Et, qvod palmari Sancti Spiritus in Scripturis loqventis erat 1. Petr. 5. *Deus resistit perbis, humilibus vero dat gratiam.* Hæc & alia Cives optimi qvâ cet pietate perpendite, Jesumq; affectu tenerrimo, ceu fasciâ qvadam comprehendite, tenete.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS d. XXV. Decembr. A. O. R. CIↃ IↃC LXXXVI.